Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8252
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

et cui vno inocente innocens eris
Et tecum electo electus eris et cum
puero puteris Qui tu populum
humilem saluum facies et oculos
superborum humiliabis Quoniam tu
illuminas lucernam meam domine deus
meus illuminat tenebras meas Quo
niam in te eripiar a temptatione
et in deo meo transgrediar mu
rum Deus meus impollluta via
eius eloquia domini igne examinata
protector est omnium sperantium
in se Quis quis deus preter do
minum aut quis deus preter deum
nostrum Deus qui precinxit me vir
tute et posuit immaculatam viam
meam Qui perfecit pedes me
os tanquam cervorum et super excelsa
statuens me Qui docet manus
meas ad prelium et posuisti ut ar
cum aereum brachia mea Et
dedisti mihi protectionem salutis tue et
dextera tua suscepit me Et do
ctrina tua correxit me in finem
et disciplina tua ipsa me docebit
Dilatasti gressus meos sub
tus me et non sunt infirmata ve
stigia mea Persequar inimicos
meos et comprehendam illos et non
convertar donec deficiant Confo
fundam illos nec poterunt stare
cadent subtus pedes meos Et
pugnasti me virtute ad bellum et
supplantasti insurgentes in
me subtus me Et inimicos
meos dedisti mihi dorsum et
odientes me disperdisti Clama
verunt nec erat qui saluos
faceret ad dominum nec exaudiuit
eos Et comminuam eos ut pul
verem ante faciem venti ut lutum
platearum delebo eos Eripies
me de contradictionibus populi con
stitues me in caput gentium
Populus quem non cognoueram
seruiuit mihi in auditu auris
obedient mihi Filii alieni
mentiti sunt mihi filii alie
ni inueterati sunt et claudicauerunt
a semitis suis Viuit dominus et
benedictus deus meus et exaltetur
deus salutis mei Deus qui
das vindictas mihi et subdis po
pulos sub me liberator meus de
inimicis meis iracundis Et
ab insurgentibus in me exaltabis
me a viro iniquo eripies me
Propterea confitebor tibi in
gentibus domine et nomini tuo psal
mum dicam Magnificans salu
tes regis eius et faciens misericor
diam xpo suo dauid et semini eius usque